

DA
750
B2
no. 20

20

DA 750.B2 NO 20



a31188000452710b

321/

CALL No.

51312

DA
750
B2
no.20

Chronicon anglo-scoticum.

Chronicon coenobii Sanctae

Crucis Edinburgensis.

THE LIBRARY



UNIVERSITY OF GUELPH

THE LIBRARY, UNIVERSITY OF GUELPH

Date due



In nomine dñi nr̄i ihu xp̄i. & in honore sc̄e crucis.
& ep̄oz regni mei. Connitum quoq; baronumq;
concedo eccl̄ie sc̄e crucis edwines-burgensi.




SIGILLUM COMMUNE
Monasterii Sanctae Crucis
DE EDINBURG.

DA
750
B2
no. 20

CHRONICON
COENOBII SANCTÆ CRUCIS
EDINBURGENSIS,

ITERUM IN LUCEM EDITUM.



IMPRESSUM EDINBURGI :

M.DCCC.XXVIII.

1228

CHRONICLE
GENERAL STATE OF THE

PROVINCE

OF CANADA

P.O. 18551-1

THE LIBRARY
UNIVERSITY OF GUELPH


UNIVERSITY OF GUELPH

TO
SIR WALTER SCOTT, BARONET,
PRESIDENT,
AND THE OTHER MEMBERS

OF THE
Bannatyne Club,

THIS VOLUME
IS MOST RESPECTFULLY INSCRIBED,
AND PRESENTED AS HIS CONTRIBUTION,

BY
ROBERT PITCAIRN.



THE BANNATYNE CLUB.

FEBRUARY M.DCCC.XXVIII.

SIR WALTER SCOTT, BAR^T.

[PRESIDENT.]

THE RIGHT HONOURABLE THE EARL OF ABERDEEN.

THE RIGHT HONOURABLE WILLIAM ADAM, LORD CHIEF
COMMISSIONER OF THE JURY COURT.

SIR WILLIAM ARBUTHNOT, BAR^T.

5 JAMES BALLANTYNE, ESQ.

SIR WILLIAM MACLEOD BANNATYNE.

THE RIGHT HONOURABLE VISCOUNT BELHAVEN.

GEORGE JOSEPH BELL, ESQ.

ROBERT BELL, ESQ.

10 WILLIAM BELL, ESQ.

THE RIGHT HONOURABLE LORD BINNING.

JOHN BORTHWICK, ESQ.

WILLIAM BLAIR, ESQ.

GEORGE BRODIE, ESQ.

5 BRUDENELL J. BRUCE, ESQ.

HIS GRACE THE DUKE OF BUCCLEUCH AND QUEENSBERRY.

JOHN CALEY, ESQ.

JAMES CAMPBELL, ESQ.

THE HONOURABLE JOHN CLERK, LORD ELDIN.

20 WILLIAM CLERK, ESQ.

HENRY COCKBURN, ESQ.

DAVID CONSTABLE, ESQ.

ANDREW COVENTRY, ESQ.

JAMES T. GIBSON CRAIG, ESQ.

25 WILLIAM GIBSON CRAIG, ESQ.

THE HONOURABLE GEORGE CRANSTOUN, LORD COREHOUSE.

ROBERT DUNDAS, ESQ.

HENRY ELLIS, ESQ.

ROBERT FERGUSON, ESQ.

30 LIEUTENANT-GENERAL SIR RONALD C. FERGUSON.

THE COUNT DE FLAHAULT.

JOHN FULLERTON, ESQ.

THE RIGHT HONOURABLE LORD GLENORCHY.

WILLIAM GOTT, ESQ.

35 SIR JAMES R. G. GRAHAM, BART.

ROBERT GRAHAM, ESQ.

THE RIGHT HONOURABLE LORD GRAY.

HIS GRACE THE DUKE OF HAMILTON AND BRANDON.

E. W. A. DRUMMOND HAY, ESQ.

40 JAMES M. HOG, ESQ.

JOHN HOPE, ESQ.

DAVID IRVING, LL.D.

JAMES IVORY, ESQ.

- THE REVEREND JOHN JAMIESON, D. D.
- 45 ROBERT JAMESON, ESQ.
SIR HENRY JARDINE.
FRANCIS JEFFREY, ESQ.
JAMES KEAY, ESQ.
JOHN G. KINNEAR, ESQ.
- 50 THOMAS KINNEAR, ESQ. [TREASURER.]
THE RIGHT HONOURABLE THE EARL OF KINNOULL.
DAVID LAING, ESQ. [SECRETARY.]
THE RIGHT HONOURABLE THE EARL OF LAUDERDALE.
THE REVEREND JOHN LEE, D. D.
- 55 THE MOST NOBLE THE MARQUESS OF LOTHIAN.
COLIN MACKENZIE, ESQ.
THE HONOURABLE J. H. MACKENZIE, LORD MACKENZIE.
JAMES MACKENZIE, ESQ.
JAMES MAIDMENT, ESQ.
- 60 THOMAS MAITLAND, ESQ.
GILBERT LAING MEASON, ESQ.
THE RIGHT HONOURABLE VISCOUNT MELVILLE.
WILLIAM HENRY MILLER, ESQ.
THE RIGHT HONOURABLE THE EARL OF MINTO.
- 65 SIR JAMES W. MONCREIFF, BART.
JOHN ARCHIBALD MURRAY, ESQ.
WILLIAM MURRAY, ESQ.
MACVEY NAPIER, ESQ.
FRANCIS PALGRAVE, ESQ.
- 70 HENRY PETRIE, ESQ.
ROBERT PITCAIRN, ESQ.

JOHN RICHARDSON, ESQ.

THE RIGHT HONOURABLE THE EARL OF ROSSLYN.

ANDREW RUTHERFURD, ESQ.

75 THE RIGHT HONOURABLE SIR SAMUEL SHEPHERD, LORD
CHIEF BARON OF SCOTLAND.

ANDREW SKENE, ESQ.

JAMES SKENE, ESQ.

GEORGE SMYTHE, ESQ.

JOHN SPOTTISWOODE, ESQ.

80 THE MOST NOBLE THE MARQUESS OF STAFFORD.

MAJOR-GENERAL STRATON.

SIR JOHN ARCHIBALD STEWART, BART.

THE HONOURABLE CHARLES FRANCIS STUART.

ALEXANDER THOMSON, ESQ.

85 THOMAS THOMSON, ESQ. [VICE-PRESIDENT.]

W. C. TREVELYAN, ESQ.

PATRICK FRASER TYTLER, ESQ.

PREFATORY NOTICE.

THE CHRONICLE OF HOLYROOD is now, for the first time, printed entire, from the original MS; which is preserved in the valuable Library of the Archbishops of Canterbury, at Lambeth.

This interesting fragment of History, was no doubt presented to the public, by the learned Henry Wharton, in the first volume of his *Anglia Sacra*; but, unfortunately, in rather a mutilated form. Through the polite attention of HENRY PETRIE, ESQUIRE, Keeper of the Records in the Tower, London, one of the Members of the Bannatyne Club, (whose deep and accurate researches into the early history and literary antiquities of his country are equally well known and appreciated,) the whole of the transcript made by the Editor, has of new been collated with the original Chronicle. The former part of this ancient Historical relique, Wharton had entirely omitted; but the Editor's friend, MR DAVID LAING, having, some years ago, transcribed it for his own information, has, with his usual attention to whatever may promote the interests of the Club, kindly communicated his transcript.

To use Mr Petrie's own words, "the Lambeth MS. 440, which contains the Chronicle, called by Wharton *SANCTÆ CRUCIS*, is a small quarto. At folio ii, in a hand of the thirteenth century, is written 'LIBER SANCTÆ MARIE DE SANCTO SERVANO, EX DONO WILLIELMI FILII DUNECANI QUONDAM PERSONE IPSIUS ECCLESIE.' The Chronicle in question begins

at folio cxxii, without any ancient title. The whole appears to have been written in the twelfth century; but the hand, though of the same kind throughout, becomes somewhat larger, by degrees, towards the end, where the MS. is mutilated, possibly by the middle sheet of the gathering."

The Editor, thinking that an accurate copy of the FOUNDATION CHARTER OF THE MONASTERY would prove an acceptable accompaniment, has procured it from the original, still preserved amongst the Archives of the CITY OF EDINBURGH.

A FAC-SIMILE of the commencement of the first three lines of this Charter, and another of the SEAL of the MONASTERY, hitherto unpublished, have also been given. The impression from which this engraving has been taken, is in excellent preservation, and belongs to the Museum of the Society of Antiquaries of Scotland. It is gratifying to record, that, since the revival of this National Institution, and more especially since the present office-bearers commenced their honourable labours, every reasonable access has been afforded to their various collections. It is obvious, that such a liberal spirit cannot fail to render the Society eminently useful, as well as deservedly popular.

The SEAL of Holyrood, in itself curious, when in such a perfect state of preservation, possesses still greater interest from the introduction of the Royal arms of Scotland, at the base of this specimen; a circumstance tending to ascertain its date with considerable precision, as ROBERT STEWART of Strathdon, one of the natural sons of King James V, by Euphemia, second daughter of Alexander, first Lord Elphinston, was Abbot and Com-mendator of this Monastery. It is by no means uncommon to meet with

the family arms of Bishops and other Churchmen inserted at the base of the common seals of their bishopricks, &c.; indeed there is good reason to conjecture, that it was customary to renew the seal at each new appointment, especially when the successor happened to be a person of some note. Marks of cadency, or of bastardy, were not always attended to at this period; which may account for the want of the baton-sinister, in the Royal Shield. This Abbot, having early embraced the Reformed religion (anno 1559) shortly afterwards (May 26, 1565) obtained a grant of the crown-lands of Orkney and Zetland; and, in 1569, exchanged his Abbacy for the temporal estates of Adam Bothwell, Bishop of Orkney. At this period, he is styled Lord of Orkney and Zetland. He was created Earl of Orkney, by King James VI, Oct. 28, 1581, and, at same time, his lands were erected into an Earldom. He married Jonet Kennedy, eldest daughter of Gilbert, third Earl of Cassillis, by whom he had five sons and four daughters.

In a letter of Pension, by HENRY and MARY, King and Queen of Scots, dated at Jedburgh, Nov. 3, 1566, it is stated, that “Oure derrest bruther, Robert, commendatere of the Abbay of Halyrudehouse, hes sustenit sic sumptuous charges and expenssis, besyd his laubouris, panis and travell, in awaiting vponne oure seruice, in tymes bypast, that he is nocht abill to continew langar in his former tryne and honourabill conuoye, except we gratefie the same, and gif him sum attestatioune of oure gud mynde borne towardis him thairfore. And, thairfore, we havand regarde to the acceptable seruice foirsaid, done to ws be oure said bruther, willing to ressaue the like of him in tymes to cum; and to support the nurishing and vpbearing of our cousingis and cousingnessis Henry, Jane, and Marie Stewartis, his sone and dochteris, lauchfullie procreat betuix him and Dame Jonet Kennedye, his lady; and of Robert and James Stewarttis, sonis na-

turall to the said Robert, commendatere of Halyrudehouse, and in halding of thame at the scoleis during thair minoritie, and vpbringing of thame in vertew, quhairby thay may be the mair abill to serue ws at yair perfyte aige; haue Gevin, Grantit and Disponit, &c. to them, in zeirlie pensioune, during all the dais of thair lyftymes, the sowme of nyne hundreth four-score ten pundis, vsuale money of our realme; togidder with nyne chalder four bollis quheit, threttene chalder aucht bollis beir, ellewin chalder ellewin bollis aittis, and ane chalder five bollis meill; to be vplifit," &c. This interesting document was ratified by Parliament, April 19, 1567.

ADAM BOTHWELL too embraced the Reformation, and was the person who performed the marriage ceremony between Queen Mary and the Earl of Bothwell, according to the forms of the Protestant Church. His son, John, was created Lord of Halyrudhous, by charter, dated at Whitehall, Dec. 20, 1607; and the title was enjoyed by his descendants, till the death of Henry, last Lord Holyroodhouse, Feb. 10, 1755.


The date of this Seal must therefore be referred to a period, prior to the appointment of Adam Bothwell to the Commendatory, in 1569. It is known that Robert Stewart obtained a grant of the Abbacy when a mere boy; and the likelihood is, that he succeeded Robert Cairncross, Bishop of Ross and Abbot of Holyrood, who, having been restored to the office of Lord High Treasurer in May 1537, (which he had originally acquired upon the fall of the Earl of Angus, Sept. 5, 1528, and had been displaced by Sir Robert Barton, of Over Barnton, in 1529,) was once more removed from that appointment, March 24, 1538. King James V probably made this provision for his son, immediately after the vacancy which had occurred, through Cairncross's dismissal.

It was originally the Editor's intention to have appended a TABLE OF THE ABBOTS OF HOLYROOD, from Alwinus the first Abbot, who appears on record, in the reign of the Founder, King David I, but there is no list of the Abbots of this Monastery preserved in any of the Accounts of our Religious Houses, &c., and it would require more leisure than he can at this time command, to examine original Chartularies, public Records, and other authentic sources of information.

The recent death of General Hutton, has, for the present at least, extinguished the hope of seeing a MONASTICON SCOTIÆ completed for many years to come; and this event is the more to be lamented, that confessedly so little is known of the History of the Ecclesiastical Establishments of this country. The furious zeal of the Reformers occasioned the destruction of numerous invaluable Collections, contained in the various Monasteries, &c., and the loss of these Records can only, in any measure, be retrieved by the persevering researches of such men as the late General Hutton, whose extensive Collections, it is trusted, may still be given to the Public.

It is hoped, that this Contribution, even in its present shape, will prove acceptable to the Members of the Club, and that others of them may be induced to adopt a series of Chronicles and other works, illustrative of the obscure and early portions of the History of Scotland.

GENERAL REGISTER HOUSE,
JANUARY 29, 1828.



CARTA FUNDATIONIS

DAUIDIS I. REGIS SCOTTORUM

ECCLESIAE SANCTAE CRUCIS EDWINES-BURGENSIS.

IN nomine Domini nostri Ihesu Christi, et in honore Sancte Crucis, et Sancte Marie uirginis, omniumque sanctorum. EGO DAUID Dei gracia REX SCOTTORUM, regali auctoritate, assensu Henrici filij mei, et episcoporum regni mei, comitum quoque baronumque confirmatione et testimonio, clero eciam acquiescente et populo, diuino instinctu, omnia subscripta Concedo ECCLESIE SANCTE CRUCIS EDWINES-BURGensi, et pace perpetua Confirmo. Hec itaque sunt, que ecclesie prefate et Canonicis regularibus in eadem Deo seruientibus, in liberam et perpetuam elimosinam, concedimus; Ecclesiam scilicet Castelli, cum omnibus appendicijs et rectitudinibus suis, et examen duellii aque et ferri calidi, quantum ad ecclesiasticam dignitatem pertinet: Et cum Salectuna, per suas rectas diuisas: Et ecclesiam Sancti Cuthberti, cum parochia et omnibus rebus que eidem Ecclesie pertinent; et cum Kyrchetune per rectas diuisas suas, et cum terra in qua ipsa ecclesia sita est, et cum alia terra que sub Castello iacet; uidelicet, a fonte qui oritur iuxta angulum gardini mei per uiam qua itur ad ecclesiam Sancti Cuthberti, et ex alia parte sub Castello usque quo peruenitur ad unam craggam, que est sub eodem Castello uersus orientem; et cum duabus Capellis que ad eandem Ecclesiam Sancti Cuthberti pertinent, scilicet Crostorphin, cum duabus bouatis terre et sex acris; et illa Capella de Libertune cum duabus bouatis terre et cum omnibus decimis et rectitudinibus tam de uiuis quam de mortuis de Legbernard quas Macbet vere eidem ecclesie

dedit : Et ego concessi eciam ecclesiam de Hereth, cum terra que ad eandem ecclesiam pertinet, et cum tota terra quam ego ei aurentaui et dedi, sicut ministri mei et probi homines perambulauerunt et tradiderunt Alwino Abbati ; cum una salina in Hereth, et xxvj acris terre. Quam ecclesiam et terram prenominatam, uolo ut canonici Sancte Crucis teneant et possideant in perpetuum, libere et quiete. Et prohibeo firmiter, ne aliquis Canonicos siue homines eorum, qui in eadem terra manent, iniuste grauent aut disturbent ; neque aliquas operationes, siue auxilia, siue consuetudines seculares, iniuste ab eis exigant. Volo eciam, ut idem Canonici habeant libertatem molendini faciendi in eadem terra : Et ut habeant in Hereth, omnes consuetudines illas et rectitudines et aefamenta, uidelicet, in aquis, in piscationibus, in pratis, in pascuis, et in omnibus aliis necessariis rebus, sicut melius habuerunt die illa qua illam habui in meo dominio : Et Broctunam, cum suis rectis diuifis : Et Inuerlet illam, que uicinior est portui, cum rectis diuifis suis et cum ipso portu ; Et cum medietate piscationis ; et cum tota decima tocius piscationis que ad ecclesiam Sancti Cuthberti pertinet : Et Petendream, cum suis rectis diuifis : Et Hamere et Fordam, cum suis rectis diuifis : Et Hospitale, cum una carucata terre : Et quadraginta solidos de meo burgo de Ewinefburg singulis annis : Et redditu centum solidorum singulis annis, ad indumenta canonicorum, Decano meo de Pert, et hoc de primis nauibus que negotiationis causa ueniunt ad Pert ; et si forte non uenerint, concedo prefate Ecclesie de meo redditu de Edwinefburg, quadraginta solidos, et de Striueline uiginti solidos, et de Pert quadraginta solidos : Et unum toftum in Striueline, et tractum unius retis ad piscandum : Et unum toftum in burgo meo de Edwinefburg, liberum et quietum ab omni consuetudine et exactione : Et unum toftum in Berewic, et tractum duorum retium in Scypwel : Et unum toftum in Renifry quinque partiarum, et tractum unius retis ad salmones et ibi piscari ad allechia libere : Et prohibeo ne aliquis inde a nobis siue ab hominibus nostris aliquas consuetudines exigat. Concedo eciam prefatis Canonicis de camera mea singulis annis decem libras, ad luminaria ecclesie et ad operationes eiusdem ecclesie et ad reparacionem earundem operationum imperpetuum. Precipio eciam, omnibus ministris meis et Forestarijs de Striuelin-fire et de Clacmanant, quod Abbas et conuentus habeant liberam potestatem in omnibus nemoribus meis et Forestis, capiendi tantum de materia quantum eis placuerit, et uoluerint, ad edificacionem ecclesie sue et domorum fuorum, et ad quelibet negocia sua facienda ; et precipio, quod homines eorum, qui ad eorum negocia in eisdem nemoribus materiem capiunt, meam firmam pacem habeant, et ita quod non permittatis, quod in aliquo disturbentur : Et

porcos dominios supradicte ecclesie, in omnibus nemoribus meis, concedo esse quietos de padnagio. Concedo etiam prefatis Canonicis, medietatem sepium et uncti et coriorum de occisa de Edwinesburg: Et decimam de omnibus cetis et marinis beluis, que mari eueniunt ab Avin usque ad Colbrandespade: Et decimam omnium placitorum meorum et lucrorum, ab Avin usque ad Colbrandespade: Et medietatem mee decime, de meo cano et de meis placitis et lucris, de Kentyr et de Errogeil: Et omnes pelles arietinas et ouinas et agninas, de Castello et de Linlitcu, que moriuntur de meo dominio: Et octo cheldras de brasio et octo de farina et triginta carratas de Bufhe de Libertune: Et unum de meis molendinis de Dene: Et decimam molendini de Libertune, et de Dene, et noui molendini de Edwinesburg: Et Craggenemarf, quantum inde habeo in meo dominio, et quantum Vineth Albus eis de eodem Craggo in elimosinam dedit. Concedo etiam eis herbergare quoddam burgum inter eandem Ecclesiam et meum burgum: Et concedo ut burgenfes eorum, habeant communionem vendendi res suas uenales et emendi, in foro meo, libere et absque calumpnia et consuetudine, sicut mei proprii burgenfes: Et prohibeo, ne aliquis in burgo eorum, panem uel ceruifiam, aut pannum, aut aliquid uenale capiat per uim, aut sine uoluntate burgenfium: Concedo etiam, Canonicos esse quietos de theloneo et de omni consuetudine, in omnibus burgis meis, et per totam terram meam, scilicet de omnibus rebus quas ement et uendent: Et prohibeo ne aliquis capiat pandum super terram Sancte Crucis, nisi Abbas eiusdem loci, rectum et ius facere recusauerit: Volo autem, ut omnia prescripta ita liberaliter et quiete teneant, sicut ego meas proprias terras possideo: Et uolo, ut Abbas curiam suam, ita libere et plenarie et honorifice habeat, sicut Episcopus Sancti Andree et Abbas de Dunfermelin et Abbas de Kelcov, curias suas habeant. HIS TESTIBUS, Rodberto episcopo Sancti Andree, Johanne episcopo Glasgvenfi, Henrico filio meo, Wilelmo nepote meo, Eadwardo cancellario, Hereberto camerario, Gillimichael comite, Gospatricio fratre Dolfini, Rodberto de Monte Acuto, Rodberto de Burneuile, Petro de Brvs, Normanno nicecomite, Oggu, Leifing, Gillife, Wilelmo de Graham, Turstano de Crectune, Blenio archidiacono, Aelfrico capellano, Waleranno capellano.



CHRONICON

SANCTÆ CRUCIS

EDWINES-BURGENSIS.

ANNO ab Urbe Roma condita sexcentesimo nonagesimo tertio, ante uero Dominice incarnationis tempus, anno quadragesimo, Gayus Julius functus gradu Consulatus cum Lucio Bibulo, dum contra Germanorum Gallorumque gentes, qui Reno tantum flumine diremebantur, bellum gereret, uenit ad Morianos, unde in Britanniam proximus et breuissimus tranfitus est; et navibus onerariis atque actuariis circiter octoginta preparatis, in Britanniam transfuehitur. Ubi acerba primum pugna fatigatus, deinde aduersa tempestate correptus, plurimam classis partem et non paruum numerum militum, equitum uero pene omnem, disperfit; regressusque in Galliam, ac sexcentas naues fieri imperauit. Quibus iterum in Britanniam primo uere transuectus, dum ipse in hostem cum exercitu pergit, naues in anchoris stantes tempestate correpte uel collise inter se uel arenis illise ac dissolute sunt; ex quibus quadringinta perierunt.

Cetere cum magna difficultate reparate sunt. Cefaris equitatus primo congressu uictus a Britannis. Secundo prelio cum magno discrimine fuorum, uictos Britannos in fugam uertit. Interea Trinouantum firmissima ciuitas, cum Androgio duce, datis quadraginta obfidibus, Cefari sese dedit. Quod exemplum secute Urbes alie complures in fedus Romanorum uenerunt, et illis sic uictis stipendiarios fecit.

Anno ab Urbe condita septingentesimo quinquagesimo secundo, Christus nascitur in Bethleem Jude, anno Octouiani Cefaris Augusti quadragesimo secundo; Olimpiadis uero centesimo nonagesimo tercio, pax Orbi in aduentu uere pacis nunciatur. His diebus in Roma, trans Tyberum, de Taberna Meritoria fons olei terra exundauit, ac per totum diem largissimo riuo fluxit; significans ex gentibus Christi gratiam. Tunc etiam circulus ad speciem celestis arcus circa solem apparuit. Imperauit autem Octouianus Augustus, quinquaginta et sex annis.

Anno ab Incarnatione Domini (XXX.) tricesimo, imperii autem Tyberii Cefaris quinto decimo, idem Dominus noster Jhesus Christus, predicationis sue sumpsit initium. Octauo quoque et decimo prefati imperatoris anno, Jhesus Christus filius Dei, pro nobis sese morti offerens, crucifixus est. Imperauit autem Tyberius uiginti et tribus annis.

Anno ab incarnatione Domini (XLIII.) quadragesimo tercio, ab

Urbe uero condita septingentesimo nonagesimo octauo, Claudius, Imperator ab Augusto quartus, cupiens utilem se rei publice ostentare principem, bellum ubique et uictoriam undecumque quesuit. Itaque expeditionem in Britanniam mouit, que excitata in tumultum propter non erdibitos transfugas uidebatur, et transfuctus in insulam est; quam neque ante Iulium Cefarem, neque post eum, quisquam adire ausus fuerat. Ibi, sine ullo prelio ac sanguine, intra paucissimos dies, plurimam insule partem in dedicionem recepit. Orchadas etiam insulas, ultra Britanniam in oceano positas, Romano adiecit imperio; ac sexto quam profectus erat mense, Romam rediit. Quo etiam anno, fames grauissima per Syriam facta est; que in Actibus Apostolorum, per Prophetam Agabum, prædicta esse memoratur.

Anno ab incarnatione Domini (XLV.) quadregesimo quinto, misit Beatus Petrus Apostolus Galliam, Sanctum Marcialem episcopum et alios diuini uerbi ministros, qui genti Francorum uerbum Dei ewangelizarent.

Anno ab incarnatione Domini (C,LVI.) Centesimo quinquagesimo sexto, Marcus Antoninus Uerus, quartus decimus ab Augusto, Regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit. Quorum temporibus, cum Eleuther uir sanctus Pontificatui Romane Ecclesie preffet, misit ad eum Lucius Britannorum rex epistolam, obsecrans, ut per eius mandatum Christianus efficeretur. Et mox effectum pie postulacionis consequutus est. Susceptamque fidem, Britanni,

usque in tempore Diocleciani principis, inuiolatam integramque quieta pace seruabant.

Anno ab incarnatione Domini (C,LXXXIX.) centesimo octogesimo nono, Seuerus, septimus decimus ab Augusto, imperium adeptus, decem et septem annis tenuit. Hic natura seuus, multis semper bellis lassescitus, fortissime quidem rem publicam, sed laboriosissime rexit. Victor ergo ciuiliu bellorum, que ei grauissima occurrant, in Britannias defectu pene omnium sociorum trahitur, ubi, magnis grauibusque preliis sepe gestis, receptam partem infule a ceteris indomitis gentibus, magnam fossam firmissimumque uallum crebris insuper turribus communitum, a mari ad mare duxit. Ibiq̄ apud Eboracum oppidum morbo obiit. Reliquit duos filios Bassionem et Getam, quorum Geta publicus iudicatus interiit. Bassianus, Antonini cognomine assumpto, regno potitus est.

Anno ab incarnatione Domini (CC,LXXXVI.) ducentesimo octogesimo sexto, Diocletianus, tricesimus tertius ab Augusto, imperator ab exercitu electus. Annis uiginti fuit, Maximianumque cognomento Herculum socium creauit imperii. Diocletianus autem in oriente. Maximianus uero Herculis in occidente uastari ecclesias affligi interfici Christianos, decimo post Neronem loco preceperunt; que persecutio omnibus fere anteactis diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem annos, incendiis ecclesiarum, proscriptiõibus innocentum, cedibus martyrum, incessabiliter aucta est.

Anno ab incarnatione Domini (CCC,LXXVIII.) trecentesimo septuagesimo octavo, Gratianus, quadragesimus ab Augusto, post mortem Valentis, sex annis imperium tenuit; quamvis iam dudum antea cum patruo Valente et cum Valentiniano fratre regnaret.

Anno ab incarnatione Domini (CCC,LXXXI.) trecentesimo octogesimo primo, Maximus in Britannia creatus imperator, in Galliam transiit et Gratianum interfecit.

Anno ab incarnatione Domini (CCC,XCIV.) trecentesimo nonagesimo quarto, Archadius filius Teodosii, cum fratre suo Honorio, quadragesimus tertius ab Augusto, regnum suscipiens, tenuit annis tredecim. Cuius temporibus, Pelagius Brito, contra auxilium gratie superne, uenena sue perfidie longe lateque disperfit.

Anno ab incarnatione Domini (CCCC,IX.) quadringentesimo nono, fracta est Roma a Gothis, anno millesimo centesimo sexagesimo quarto sue conditionis. Ex quo tempore, Romani in Britannia regnare cessarunt, post annos ferme quadringentos septuaginta, ex quo Gaius Julius Cæsar eandem infulam adiit.

Anno CCCC,XXIV. Teodosius junior, post Honorium, quadragesimus quintus ab Augusto, regnum suscipiens viginti sex annis tenuit; cuius anno imperii octavo, Palladius ad Scottos in Christum credentes, a Pontifice Romane ecclesie Celestino, primus mittitur episcopus.

Anno CCCC, XLIX., Marcianus, cum Ualentiniano quadragesimo sexto ab Augusto, regnum adeptus, septem annis tenuit ; tunc Anglorum siue Saxonum gens, inuitata a Vortingirno rege Britannie, tribus longis nauibus aduehitur, et in orientali parte infule, iubente eodem rege, locum manendi quasi pro patria pugnatura, re autem uera hanc expugnatura suscepit. Aduenerant autem de tribus Germanie populis forcioribus, id est, Saxonibus, Anglis, Wigtis. De Wightarum origine, sunt Cantuarii et Wightuarii, hec est ea gens que Uectam tenet infulam. De Saxonibus uenerunt Orientales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones. Porro de Anglis uenerunt Orientales Angli, Mediteranei Angli, Merci, tota Northanhimbrorum progenies ; ceterique populi Anglorum sunt orti. Duces fuisse peribentur eorum primi uero fratres Hengift et Horfa. Erant autem hi duo fratres filii Wicchgilfi, cuius pater Witta, cuius pater Weechta, cuius pater Woden, de cuius stirpe, multarum prouinciarum regum genus, originem duxit.

Anno D, XXXVIII., eclipsis solis facta est decimo quarto Kalendarum Ianuariarum, ab hora prima usque ad terciam.

Anno D, XL., iterum facta est eclipsis solis duodecimo Kalendarum Iulii ; et apparuerunt stelle pene hora dimidia, ab hora diei tercia forte usque ad sextam.

Anno D, XLVII., Ida regnare cepit, a quo, regalis Nortanhimbrorum profapia originem tenet ; et duodecim annis in regno permanfit.

Anno D,LXV., Columba pater de Hibernia uenit Britanniam, ad docendos pictus Pictos; et in Inhi infula, Monasterium fecit.

Anno D,LXXXII., Mauricius, ab Augusto quinquagesimo quarto, imperium suscipiens viginti unum annis tenuit. Cuius anno regni decimo, Gregorius, uir doctrina et actione precipuus, Pontificatum Romane et Apostolice sedis fortitus, rexit annis tredecim et mensibus sex et diebus decem.

Anno D,XCVI., Gregorius Papa, diuino ammonitus instinctu, anno decimo quarto prefati Principis, aduentus uero Anglorum in Britanniam anno circiter centesimo quinquagesimo, misit seruum Dei Augustinum et alios plures cum eo, monachos timentes Deum, predicare uerbum Dei genti Anglorum.

Anno D,XCVII., uenerunt Britanniam prefati doctores, qui fuit annus centesimus quinquagesimus (aduentus Anglorum) in Britanniam.

Anno DC,I., misit Papa Gregorius pallium Britanniam, Augustino jam facto episcopo, et plures uerbi ministros; in quibus, primi et precipui erant Mellitus, Iustus, Paulinus, Rufinianus.

Anno DC,III., Egan Rex Scottorum, qui Britanniam inhabitant, uenit contra Ælfridum Northanhimbrorum regem, cum immenso ac forti exercitu; sed cum paucis, uictus aufugit. Siquidem in

loco celeberrimo, qui dicitur Dexaftan, id est, Dexa lapis, omnis pene ejus est cefus exercitus. Quod videlicet bellum Ælfridus anno undecimo regni fui perfecit, porro anno Phocatis, qui tunc Romani regni apicem tenebat, primo. Regnavit autem prefatus Ælfridus rex viginti quatuor annis.

Anno DC,IV., Orientales Saxones fidem Chrifti percipiunt, sub rege Sigeberto, antiftite Mellito. Ordinavit Sanctus Auguftinus duos epifcopos Mellitum et Juftum; Mellitum ad predicandum provincie Orientalium Saxonum, quorum Metropolis Lundonia ciuitas est; Juftum uero in ipfa Cantia ordinavit in ciuitate que Roueceftria cognominatur. Eodem tempore, defunctus est Deo dilectus pater Auguftinus, feptimo Kalendarum Junij, Ethilberto rege regnante. Succellit Auguftino in Epifcopatu Laurentius, quem ipfe idcirco adhuc uiuens ordinauerat, ne, fe defuncto, ftatus ecclefie tam rudis uel ad horam pastore deftitutus uacillare inciperet.

Anno DC,V., beatus papa Gregorius, postquam Romane fedem Apoftolice ecclefie quatuordecim annos, menses fex, dies decem, gloriofiffime rexit, defunctus est; atque ad eternam regni celestis fedem translatus. Rexit autem ecclefiam temporibus imperatorum Mauricii et Focatis; fecundo autem ejuftdem Focatis anno, tranfiit ex hac vita.

Anno DC,XVI., qui est annus uicesimus primus ex quo Auguftinus cum fociis ad predicandum genti Anglorum miffus est, Æthil-

bertus rex Cantuariorum post regnum temporale, quod quinquaginta et tribus annis gloriosissime tenuerat, eterna coelestis regni gaudia subiit. Qui tertius quidem, in regibus gentis Anglorum, cunctis australibus eorum prouinciis, que Humbre fluuio et contiguis ei terminis sequestrantur a borealibus, imperabat; sed primus omnium coeli regna conscendit. Nam primus imperium huiusmodi Ælle rex Humbrensiū Saxonum: Secundus Caelia rex Occidentalium Saxonum qui lingua ipsorum Ceaulin vocabatur: Tertius ut diximus Æthelbertus rex Cantuariorum: Quartus Redwald rex Orientalium Anglorum, qui etiam, uiuente Æthelberto, eidem sue genti ducatum prebebat, obtinuit: Quintus Eadwinus rex Norhanhimbrorum gentis, id est, ejus que ad borealem Humbre fluminis plagam, majore potentia cunctis qui Britanniam incolunt, Anglorum pariter ac Britonum populis prefuit, preter Cantuariis tantum; necnon et Meuanias Britonum Insulas, que inter Hybernam et Britanniam sitæ sunt, Anglorum subiecit imperio: Sextus Oswaldus et ipse Norhanhimbrorum rex Christianissimus huiusdem finibus regnum tenuit: Septimus Oswinus frater ejus e quolibet pene termino regnum nonnullo tempore coercens, Pictorum quoque ac Scottorum gentes, que septentrionales Britanniæ fines tenent, maxima ex parte perdomuit ac tributarias fecit. Defunctus uero est rex Æthelbertus die uicesimo quarto mensis Februarij, post uiginti et unum annos acceptæ fidei, atque in porticu Sancti Martini intra ecclesiam Beatorum Apostolorum Petri et Pauli sepultus, ubi et Berte Regina condita est. Erat autem idem Æthelbertus filius Irminrici, cujus pater Oeric cognomento Oyse, cujus pater

Hengist, qui cum filio suo Oyse inuitatus a Uortigerno, Britanniam primus intravit. At uero post mortem Æthelberti, filius ejus Edbald regni gubernacula suscepit.

Anno DC,XX., Beatus archiepiscopus Laurentius regnum celeste conscendit, atque in ecclesia Sancti Apostoli Petri juxta predecessorem suum Augustinum sepultus est, die quarto Nonarum Februariarum: post quem Mellitus, qui erat Londonie Episcopus, sedem Dorouernensis ecclesie tertius ab Augustino suscepit. Justus autem adhuc superstes Rofensem regebat ecclesiam.

Anno DC,XXIV., Mellitus archiepiscopus postquam annis quinque rexit ecclesiam, Eadbaldto regnante, migravit ad coelos, sepultusque est cum patribus suis in sepe dicto Monasterio et ecclesia beatissimi Apostolorum principis, die octauo Kalendarum Maiarum. Cui statim successit in Pontificatu Justus, qui erat Rofensis ecclesie presul. Illi autem ecclesie Romanum consecrauit episcopum, data sibi auctoritate ordinandi episcopos a Pontifice Bonifacio.

Anno DC,XXV., Paulinus a Justo archiepiscopo ordinatur genti Northanhimbrorum antistes, sub die duodecimo Kalendarum Augustarum.

Anno DC,XXVI., Eanfled filia Eadwini regis baptizata est cum duodecim aliis de familia ejus, in Sabbato Pentecostes.

Anno DC,XXVII., accepit rex Edwinus, cum cunctis gentis sue nobilibus ac plebe perplurima, fidem et lauacrum sancte regenerationis, anno regni sui undecimo, ab aduentu Anglorum in Britanniam anno circiter centesimo octogesimo. Baptizatus est autem Eboraci, die sancto Pasche pridie Idus Aprilis, et in ecclesia Sancti Petri Apostoli; et quam ibidem ipse de ligno, ubi catechizaretur atque ad percipiendum baptismum imbueretur, citato opere construxit; in qua etiam ciuitate ipsi doctori atque antistiti suo Paulino sedem episcopatus donauit.

Anno DC,XXXIII., Eadwinus cum septemdecim annis genti Anglorum simul et Britonum gloriosissime preeset, e quibus sex etiam annis ipse Christi regno militauit; rebellauit aduersus eum Cedwalla rex Britonum, auxilium prebente illi Penda uiro strenuissimo de regis genere Merciorum, qui et ipse ex eo tempore gentis eiusdem regno annis uiginti duobus uaria sorte preuit; et conferto graui prelio in campo qui uocatur Hatfeld, occisus est Edwinus die quarto Iduum Octobrium, cum esset annorum quadraginta octo, eiusque totus vel interemptus est vel dispersus exercitus. In quo etiam bello, ante illum, unus filius eius Offridus iuuenis bellicosus cecidit: Alter Eadfridus, necessitate cogente, ad Pendam regem transfugit; et ab eo, postmodum, regnante Oswaldo, contra fidem jurisjurandi peremptus est. Eadwino itaque rege perempto, Paulinus Cantiam rediit.

Anno DC,XXXIV., Justus archiepiscopus ad celestia regna ful-

latus est quarto Iduum Nouembrium die ; et Honorius pro illo est in presulatum electus. Qui ordinandus uenit ad Paulinum ; et occurrente sibi illo in Lindocolino, quintus ab Augustino Doruernensis ecclesie consecratus est antistes. Cui etiam Papa Honorius misit palliam et litteras, in quibus decernit hoc ipsum quod in Epistola ad Eadwinum regem missa decreuerat ; ut cum Doruernensis antistes de hac uita transferit, his (is) qui superest consors eiusdem gradus, habeat potestatem alterum ordinandi in loco ejus qui transferat sacerdotem ; ne sit necesse ad Romam usque ciuitatem per tam prolixa terrarum et maris spatia pro ordinando archiepiscopo semper fatigari.

Anno DC, XL., Eadbaldus rex Cantuariorum transiens ex hac uita, Erconberto filio regni gubernacula reliquit, que ille suscepta, uiginti quatuor annis et aliquot mensibus, nobilissime tenuit. Hic primus regum Anglorum, in toto regno suo, idola relinqui ac destrui, simul et jejunium quadraginta dierum observari, principali auctoritate precepit ; que ne facile a quopiam possit contemni, in transgressores dignas et competentes punitiones proposuit. Cujus filiam Eorcangote, ut condigna parenti soboles, magnarum fuit virgo virtutum, seruiens Domino in Monasterio, quod in regione Francorum constructum est ab Abbatissa nobilissima uocabulo Sara, in loco qui dicitur Inbrigge. Nam eo tempore, nec dum multis in regione Anglorum Monasteriis constructis, multi, de Britannia, Monachice conuersationis gratia, Francorum uel Galliarum Monasteria adire solebant ; sed et filias suas eisdem erudiendas ac sponso celesti copu-

landas mittebant, maxime, in Brige et in Cale et in Andilegum Monasterio.

Anno DC,XL., occisus est Ofwaldus Christianissimus rex Norhambrorum, commisso graui prelio a Pagana gente Paganoque rege Merciorum Penda, a quo et predecessor ejus Edwinus peremptus fuerat, in loco qui lingua Anglorum nuncupatur Maferfeld, anno etatis sue trigesimo quinto, in die quinto mensis Augusti. Suscepit regni terrestris sedem pro eo frater ejus Ofwinus, juvenis triginta circiter annorum, et per annos uiginti octo laboriosissime tenuit.

Anno DC,XLIV., Reuerendissimus pater Paulinus, quondam quidem Eboracensis, sed tunc Rofensis episcopus ciuitatis, tranfuit ad Dominum sexto Iduum Octobrium die. Qui nouendecim annis, mensibus duobus, diebus uiginti et uno episcopatum tenuit: sepultusque est in secretario Beati Andree Apostoli. In cuius locum, Honorius Archiepiscopus ordinavit Ytamar, oriundum quidem de gente Cantuariorum, sed uita et eruditione antecessoribus suis equandum.

Anno DC,LI., occisus est Ofwinus rex, decimo tercio Kalendarum Septembrium die, anno regni ejus nono, in loco qui dicitur Ingetlingum. Sed et antistes Aidanus, non plus quam duodecim, post occisionem regis quem amabat, dies, id est, pridie Kalendarum Septembris, de seculo fullatus, perpetua laborum suorum a Domino premia recepit.

Anno DC,LIII., Honorius archiepiscopus, postquam metas sui cursus impleuit, ex hac luce migravit, pridie Kalendarum Octobrium die. Et cessante episcopatu per annum et sex menses, electus est archiepiscopus cathedre Douernensis sextus Deuf-dedit de gente Occidentalium Saxonum. Quem ordinaturus, uenit illuc, Ytamar antistes ecclesie Rofensis. Ordinatus est autem die septimo Kalendarum Aprilis, et rexit ecclesiam annis nouem et mensibus quatuor et duobus diebus. Et, ipso defuncto, Ytamar consecrauit pro eo Damianum, qui de genere Australium Saxonum erat oriundus. Midel-Angli, id est Mediterranei Angli, sub principe Peada filio Penda regis, fidem et sacramenta ueritatis perceperunt.

Anno DC,LV., Penda periit ;—et Mercii facti sunt Christiani.

Anno DC,LIX., Wlfhere filius Penda sulleuatus est in regnum Merciorum, regnauitque septemdecim annis.

Anno DC,LXIV., ab incarnatione Domini facta est eclipsis solis die tertio mensis Maii, hora circiter decima diei. Quo etiam anno, subita pestilentie lues, depopulans primo (in) australibus Britannie plagis, Northanhimbrorum quoque prouinciam corripuens, atque acerba clade diutius longe lateque defueiens, magnam hominum multitudinem strauit. Hec plaga Hiberniam quoque Insulam pari clade premebat. Deuf-dedit sextus Doruernensis ecclesie episcopus obiit pridie Iduum Juliarum: sed et Erchonbertus rex Cantuariorum eodem mense ac die defunctus, Etberto filio ejus sedem regni reli-

quit ; quam ille susceptam per nouemdecim annos tenuit. Colman cum Scottis ad suos reuersus est, et Cedda et Wilfridus Northanhimbrorum ordinantur episcopi ; cessante episcopatu Dorouernenfis ecclesie non paucio tempore.

Anno DC,LXVIII., Theodorus Monachus, natus Tarso Cilicie, uir, et secularis et diuine literature, et Grece et Latine instructus, probis moribus et etate uenerandus, id est, annos habens etatis xlii. (lxvi.), ordinatus est Doruernensis episcopus a Uitaliano Papa, sub die septimo Calendarum Aprilium dominica ; et ita una cum sociis sexto Idus Junii missus est. Peruenit autem Theodorus ad ecclesiam suam secundo postquam consecratus est anno, sub die sexto Kalendarum Juniarum dominica, et sedit in ea, annos uiginti et unum, menses tres, dies uiginti et sex.

Anno DC,LXX., qui est secundus annus ex quo Britanniam venit Theodorus, Oswinus rex Northanhimbrorum pressus est infirmitate, qua et mortuus est, anno etatis sue quinquagesimo octauo ; qui in tantum, eo tempore, tenebatur amore Romane et Apostolice institutionis, ut, si ab infirmitate saluaretur, etiam Romam uenire, ibique ad loca sancta, uitam finire, disponderet ; Wilfridumque episcopum ducem sibi itineris fieri, promissa non parua pecuniarum donatione, rogaret. Qui defunctus, die quinto Kalendarum Martiarum, Egfridum filium regni heredem reliquit.

Anno DC,LXXIII., Egbertus rex Cantuariorum obiit. mense

Julio, fuceffitque in regnum frater ejus Lothere ; quod ipfe annos undecim et menfes feptem tenuit. Et Synodus facta eft ad Hereford die uicesimo quarto menfis Septembris, prefente Egfrido rege, prefidente Archiepifcopo Theodoro.

Anno DC,LXXV., Wolfhere Merciorum rex, poftquam feptemdecim annos regnauerat, defunctus eft, Ethilredo fratri fuo relinquens imperium.

Anno DC,LXXVI., Ethelredus rex Merciorum, adducto maligno exercitu, Cantiam uaftauit ; et ecclefias et Monafteria fine refpectu diuini timoris fedauit. Eodem anno, Infulam Farne uir Domini Cuthbertus (intrauit), et per nouem annos, mira animi alacritate, Domino militabat.

Anno DC,LXXVIII., Qui eft annus imperii Egfridi octauus, apparuit mense Augufto, ftella que dicitur cometa ; et tribus menfibus permanens, matutinis horis oriebatur, excelfam radiantis flamme quafi columnam preferens. Quo etiam anno, orta inter ipfum regem Egfridum et reuerendiffimum antiftitem Wilfridum diffenfione, pulfus eft idem antiftes a fui fede epifcopatus, et pro eo Bofa, Eatha et Eaded ordinati funt antiftites, a Theodoro Archiepifcopo.

Anno DC,LXXIX., anno regni Egfridi nono, conferto graui prelio inter ipfum et Ethelredum regem Merciorum juxta fluuium Trente, occifus eft Elwinus frater regis Egfridi, iuuenis circiter oc-

todecim annorum, utrique prouincie multum amabilis. Nam et fororem ejus, que dicebatur Ostridh, rex Eailredus habebat uxorem. Cum materies belli acrioris et inimicitie inter reges populosque feroces uideretur exorta, Theodorus Deo dilectus, antistes diuino functus auxilio, salutifera exhortatione ceptum tanti periculi funditus extinguit incendium, adeo ut placatis alterutrum regibus ac populis, nullius anima hominis pro interfecto regis fratre, sed debita tantummodo multa pecunie regi ultori daretur. Cujus federa pacis, multo exinde tempore, inter eisdem reges eorumque regna durauerunt.

Anno DC,LXXX., Synodus facta est in campo Hatfelda de fide catholica, presidente Archiepiscopo Theodoro, in quo affuit Johannes abbas Romanus. Facta est Synodus sub die quindecimo Kalendarum Octobris, anno decimo Egfridi regis Humbronensium, Etilredi regis Mercinensium sexto et Adulphi regis Est-Anglorum decimo septimo et Lotarii regis Cantuariorum septimo anno regni ejus. Quo etiam anno, religiosa Christi famula Hilda abbatissa Monasterii quod dicitur Streneshalch, post multa que fecit in terris opera celestia, ad percipienda premia uite celestis, de terris ablata, tranfuit, die decimo quinto Kalendarum Decembrium, cum esset annorum sexaginta sex; quibus equa partitione diuisis, triginta tres primos in seculari habitu nobilissime conuersata compleuit; et totidem sequentes nobiliter in Monachica uita Domino consecrauit. Nobilis etiam natu erat, hoc est, filia nepotis Edwini regis, uocabulo Hereric.

Anno DC,LXXXIV., Egfridus rex Northanhimbrorum, missō Hiberniam exercitu cum Duce Berchto, uastauit misere gentem innoxiam, et nationi Anglorum semper amicissimam; ita ut ne ecclesiis quidem aut monasteriis manus parceret hostilis.

Anno DC,LXXXV., Egfridus rex cum temere exercitum duxisset ad uastandam Pictorum prouinciam, multis prohibentibus amicis, et maxime beate memorie Cuthberto, qui nuper fuerat ordinatus episcopus, introductus est simulantibus fugam hostibus in angustias inaccessorum montium, et cum magna parte copiarum, quas secum adduxerat, extinctus est, anno etatis sue quadragesimo, regni autem quinto decimo, die decimo tertio Kalendarum Juniarum. Successit autem Egfrido in regnum Alfridus, uir in scripturis doctissimus; qui frater ejus et filius Oswini regis esse dicebatur; destructumque regni statutum (statum), quamuis intra fines angustiores, nobiliter recuperauit. Quo uidelicet anno Loterius Cantuariorum rex, cum, post Egbertum fratrem suum, qui nouem annis regnauerat, ipse duodecim annis regnasset, mortuus est octauo Iduum Februarii. Uulneratus namque est in pugna Australium Saxonum, quos contra eum Edricus filius Egberti aggregauerat; et inter medendum defunctus. Ac post eum, idem Edricus anno uno ac dimidio regnauit. Quo defuncto, regnum aliquot temporis spatium reges dubii uel externi disperdiderunt, donec legitimus rex Wichtredus, id est, filius Egberti, confortatus in regno, religione simul et industria gentem suam ab extranea inuasionē liberaret. Ipso etiam anno, quo finem uite accepit rex Egfridus, episcopum fecerat ordinari

Lindiffarnensium ecclesie, uirum sanctum et uenerabilem Cuthbertum. Ordinatus est autem Eborace a Theodoro Dorobernensi archiepiscopo, septimo Kalendarum Aprilis, ipso die Pasche, conuenientibus ad consecrationem ejus septem episcopis, presente prefato rege Egfrido, quinto decimo anno regni ejus.

Anno DC,LXXXVII., Wilfridus a sede repulsus ab Egfrido rege, post longum exilium in episcopatum Hagustaldensis ecclesie est receptus. Sanctus itaque Cuthbertus, sciens in spiritu, appropinquare diem sui transitus, repetiit Insulam mansionemque suam. Prima igitur ebdomada Quadragesime, feria quarta, cepit egrotare; et rursus, quarta feria, post mediam Quadragesimam tribus continuis ebdomadibus in infirmitate decoctus, instante nocturne orationis tempore, perceptis sacramentis salutaribus, decimo tertio Kalendarum Aprilis migravit ad Dominum, luna prima, anno episcopatus sui tertio, anachoreseos duodecimo, monachus sui trigesimo septimo; ex quo autem, rex Oswaldus et Aidanus episcopus pontificalem sedem in Lindiffarnea Insula instituerunt quinquagesimo quarto; corpus illius ad Beati Petri Apostoli ecclesiam, que in eadem Insula est sita, delatum est; ibique ad dexteram altaris petrino in sarcophago repositum.

DC,LXXXVIII., anno autem regni Alfridi tertio, Cadwalla rex Occidentalium Saxonum, cum genti sue duobus annis strenuissime preesset, relicto imperio propter Dominum regnumque perpetuum, uenit Romam; hoc sibi glorie singularis desiderans adipisci, ut ad

limina Beatorum Apostolorum fonte baptismatis ablueretur, in quo solo didicerat generi humano patere uite celestis introitum; simul etiam sperans, quia mox baptizatus, carne solutus, ad eterna gaudia jam mundus transfret; quod utrumque, ut mente disposuerat, Domino iuuante, completum est. Etenim illo perueniens, pontificatum agente Sergio, baptizatus est die sancto Sabbati Paschalis; et in albis adhuc positus, languore correptus, duodecimo Kalendarum Maiarum die solutus a carne, et beatorum in regno sociatus in celis: Qui uixit annos triginta imperante Domino Justiniano Augusto, anno consulatus ejus quarto. Successit in regnum Yna de stirpe regia; tenuitque imperium triginta et septem annis.

Anno DC,XC., Theodorus beate memorie archiepiscopus senex et plenus dierum, id est, annorum octoginta et octo, defunctus est; quem se numerum annorum fuisse habiturum jamdudum somni reuelatione edoctus suis predicare solebat. Mansit autem in episcopatu annis viginti duobus, sepultusque in ecclesia Sancti Petri, in qua omnium episcoporum Dorobernensium sunt corpora deposita. De quo una cum confortibus ejusdem sui gradus recte ac ueraciter dici potest; quod *corpora eorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum uiuet in generationes et generationes.* [Eccl. xlv. 13.] Ut enim dicam; tantum profectus spiritalis, tempore prefulatus illius, Anglorum ecclesie, quantum nunquam antea potuere, ceperunt.

Anno DC,XCII., successit Theodoro in episcopatum Berthwald,

qui erat abbas in Monasterio, quod juxta hostium aquilonale fluminis Genlade positum Racwlfus nuncupatur; uir et ipse scientia Scripturarum imbutus, sed et ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summe instructus, tametsi predecessori suo minime comparandus. Qui electus est quidem in episcopatum die primo mensis Julii, regnantibus in Cantia, Wichtredo et Suefhardo. Ordinatus est autem anno sequente tertio die Kalendarum Juliarum dominica a Godwino Metropolitano episcopo Galliarum; et sedit in sede sua secundo Kalendarum Septembrium die dominica. Qui, inter multos quos ordinavit antistites, etiam Gefmundo Rofensis ecclesie presule defuncto, Tobiam pro illo consecrauit, uirum Latina lingua et Greca et Saxonica atque eruditione multipliciter instructum. Wilfridus ab Alfrido rege iterum expulsus est, et tredecim annis exulabat; et primo Romam adiit, et inde rediit et in Mediterraneorum Anglorum regione morabatur; multaque diu loca peruagatus, Romam adiit; Britanniam rediit, diuertens ad Australium Saxonum, pagane adhuc culture dediti, ibi in illa patria per quinque annos docebat euangelium.

Anno DCC,III., Æthelredus, postquam triginta annis Merciorum genti presuit, monachus factus, Coenredo regnum dedit.

Anno DCC,V., Alfridus rex Norhanimbrorum defunctus est, anno regni sui uigesimo necdum impleto, cui succedens in imperium filius suus Ofred, puer octo circiter annorum, regnauit annis undecim, et Wilfridus episcopus in suam receptus est sedem; et quatuor

annis, id est, usque ad diem obitus sui, uitam duxit in pace. Sicque eximius uirtute uenerabilis uictor conscendit alti thronum anno quadragesimo quinto accepti episcopatus; corpusque ejus perlatum est in Monasterium ipsius, quod dicitur Ripun, et, juxta honorem tanto pontifici congruum, in ecclesia Beati Apostoli Petri sepultum.

Anno DCC,VIII., imperii autem regis Ofredi quarto, Coenrid qui regno Merciorum nobilissime tempore aliquanto presuerat, nobilius multo regni scepra reliquit. Nam uenit Romam, ibidem attonsus, pontificatum habente Constantino; ac monachus factus, ad limina Apostolorum in precibus, jejuniis et elemosinis usque ad diem permanfit ultimum, succedente Coelredo filio Æthelredi in regnum, qui ante ipsum Coenredum idem regnum tenebat.

Anno DCC,XI., Bertfrihtus prefectus cum Pictis pugnavit.

Anno DCC,XVI., Ofred rex Norhanhimbrorum interfectus est, et Coenred successit; et rex Merciorum Coelred defunctus est; et uir Domini Egbertus Hienensis monachos ad catholicum Pasce et ecclesiasticam correxit tonsuram.

Anno DCC,XXV., qui erat annus septimus Ofrici regis qui Coenredo successerat, Wihtredus filius Egberti rex Cantuariorum defunctus est nono die Kalendarum Maiarum; et regni, quod per triginta quatuor semis annos tenebat, filios tres, Ælbertum, Eadbertum et Alfricum reliquit, heredes. Anno quoque proximo Tobias

Rofensis Ecclesie preful defunctus est, uir, ut supra meminimus, doctiffimus. Erat enim discipulus beate memorie magistrorum Theodori archiepiscopi et abbatis Adriani; unde, ut dictum est, cum eruditione literarum uel ecclesiasticarum uel generalium, ita Grecam quoque cum Latina didicit linguam, ut tam notas ac familiares sibi eas quam natiuitatis sue haberet loquelam. Sepultus uero est in porticu Sancti Pauli Apostoli, quam intra ecclesiam Sancti Andree sibi ipse in locum sepulture fecerat. Post quod, episcopatus officium Adulfus, Berhtwaldo archiepiscopo consecrante, suscepit.

Anno DCC,XXIX., apparuerunt Comete due circa solem, multum intuentibus terrorem incutientes. Una quippe solem precedebat mane orientem; altera uespere sequebatur occidentem; quasi orienti simul et occidenti dire cladis presage. Uel certe, una diei, altera noctis, precurrebat exortum; ut, utroque tempore, mala mortalibus imminere signarent. Portabant autem faciem ignis contra aquilonem; quasi ad accendendum adclinem (Arcturum?). Apparebant mense Januario, et duobus ferme septimanis permanebant. Quo tempore grauissima Saracenorum lues Gallias misera cede uastabat; et ipsi non multo post in eadem prouincia dignas sue perfidie penas luebant. Quo anno, uir Domini Egbertus, ipso die Pasche, octauo Kalendarum Maii, migravit ad Dominum; et mox, peracto Pascha, hoc est, septimo Idus Maii, Ofricus rex Norhanhimbrorum uita decessit; cum ipse, regni, quod undecim annis gubernabat, successorem pro eo Ceonulfum decreuisset, fratrem illius, qui ante se regnauerat,

Coenredi regis. Cuius regni et principia et processus tot ac tantis redundauere rerum aduersantium motibus; ut quid de his scribi debeat, quemue habitura sunt fingula finem, necdum scire ualeat.

Anno DCC,XXXI., Berhtwaldus Archiepiscopus longa consumptus etate, defunctus est die quinto Iduum Ianuariarum; qui sedem, annis triginta septem, mensibus sex, diebus quatuordecim, gubernabat. Pro quo, anno eodem, factus est archiepiscopus uocabulo Tatwinus, de prouincia Merciorum. Consecratus est autem, in Doruernensi ciuitate, a uiris uenerabilibus Daniele Wentano et Igwaldo Lndonienfi et Adulfo Rofenfi antistitibus, die decimo Junii mensis dominica; uir religione et prudentia insignis, sacris quoque litteris nobiliter instructus; anno aduentus Anglorum in Angliam circiter ducentesimo octogesimo quinto.

Anno DCC,XXX. [DCC,XXXIII.], eclipsis solis facta est decimo octauo Kalendarum Septembrium, circa horam diei tertiam; ita ut pene totus orbis solis quasi nigerrimo et horrendo sicut (scuto?) uideretur esse coopertus.

Anno DCC,XXXIV., Luna sanguineo colore perfusa, quasi hora integra, secundo Kalendarum Februarii, circa gallicantum; dehinc nigredine subsequente ad lucem primam reuerfa est. In eodem uero anno, Tatwinus Archiepiscopus et Beda doctor celi conscenderunt palatia.

Anno ab Incarnatione M,LXV., Sanctus Edwardus rex filius Æthelredi regis, et filius Emme filie Ricardi ducis Normannie, et frater Eadmundi Irnefide ex parte patris, exactis in regno xxiiij annis et mensibus vj et xxvij diebus, in uigilia Epiphanie, Felici monte uitam laudabilem terminauit; et secundo die Haraldus consecratus est in regem. In sequenti uero anno Willelmus comes Normannie uenit in Angliam; et pugnavit contra eundem Haraldum regem, et uicit eum cum exercitu suo apud Hastinge ij Idus Octobris; et, in proxima natiuitate Domini, fullimatus est in regem.

Anno M,XLVIII. [M,LXVIII.], Bellum in Bleduna.

Anno M,LXIX., ex quo corpus Beati Cuthberti ab Alduno Episcopo in Dunelmum est perlatum lxxxiiij, tertio uero regni Willelmi anno, idem Willelmus rex Anglorum quendam Robertum cognomine Cumin populis Northanhimbrorum prefecit comitem; qui cum DCC hominibus Dunelmum ueniens, et ibi per domos hostiliter agens, occisus est ibi cum suis omnibus, preter unum qui uulneratus euasit, v Kalendarum Februarij. Unde, rex offensus, ducem quendam qui ejus mortem ulcisceretur, cum exercitu direxit. Cum autem ad Aluertuniam uenissent, etiam mane facto Dunelmum profecturi essent; tanta nebularum densitas est orta, ut uix astantes sese alterutrum uidere, uiam nec ullo modo ualebant inuenire. Stupentibus illis quid hoc esset, et conferentibus inuicem quidnam facerent, affuit qui diceret, homines illos quendam in urbe sua Sanctum habere nomine Cuthbertum, qui eis in aduersis semper

protector adesset ; quos nemo impune, illo uindicante, ledere ualeret. Quibus auditis ad propria sunt reuerfi.

Anno M,LXXI., Eadwinus dux occifus est.

Anno M,LXXV., obiit Eaditha regina. Rogerus et Radulphus duces uoluerunt tradere regem.

(Anno) M,LXXVI., Waltheus comes decollatus est.

(Anno) M,LXXVIII., obiit Hermannus epifcopus Serefberie ; et Ofmundus fuceffit.

(Anno) M,LXXX., uentus ualidus in natale Domini. Walcherus epifcopus Dunelmenfis occifus est.

(Anno) M,LXXXIII., obiit Matilda regina.

(Anno) M,LXXXIV., Wibertus Papa fedem accepit.

(Anno) M,LXXXVII., obiit Willelmus rex Anglorum ; et Willelmus filius regnum fufcepit.

(Anno) M,LXXXIX., Ofmundus epifcopus constituit canonicos xxxvi in ecclesia Salefberienfi. Obiit Lanfrancus Archiepifcopus. Terre motus factus est.

(Anno) M,XCII., Osmundus dedicavit ecclesiam Saleberiensem cum septem episcopis.

(Anno) M,XCIII., Anfelmus ad archiepiscopatum electus est.

(Anno) M,XCIV., obierunt Malcolmus rex Scottorum et Margarita regina.

(Anno) M,XCVI., Urbanus Papa iter Jerosolymis predicavit.

(Anno) M,XCVIII., obiit Walchelinus episcopus. Antiochia a Christianis capta est. Cometa apparuit.

(Anno) M,XCIX., obierunt Osmundus episcopus et Urbanus Papa. Jerusalem a Christianis capta est.

(Anno) M,C., obierunt Willelmus rex junior, et Thomas archiepiscopus senior. Henricus regnum accepit.

(Anno) M,CI., die natalis Domini, in Basilica Beate Marie apud Bethleem, [Godefridus], a Diaberto patriarcha, una cum episcopis cleroque ac populo assistentibus, in regem honorifice sacra unctione confirmatus et coronatus est.

(Anno) M,CII., Rogerus ad episcopatum Sereberie electus est.

(Anno) M,CIV., facta est incorrupti corporis Sancti Cuthberti translatio siue manifestatio, post annos depositionis ejus quadringinta octodecim et v menses et xij dies ; qui est quintus annus regni Henrici regis, episcopatus uero Ranulfi sextus.

(Anno) M,CV., Henricus rex Baiocas incendit.

(Anno) M,CVI., Henricus rex Normanniam adquisiuit. Cometa apparuit in mense Februarii.

(Anno) M,CVII., ordinatio Rogeri episcopi Sarisberie. Obiit Eadgarus rex Scotie.

(Anno) M,CVIII., obiit Gundulfus episcopus, et Radulfus succedit.

(Anno) M,CIX., obiit Anselmus archiepiscopus ; et Henricus (Henricus) rex Anglie dedit Imperatori filiam suam.

(Anno) M,CX., cometa apparuit in mense Junio.

(Anno) M,CXI., Boiamundus obiit et Eulalia abbatissa. Papa Paschalis captus est Rome.

(Anno) M,CXIV., obiit Thomas archiepiscopus junior.

(Anno) M,CXV., obiit Maria comitissa de Bolonia, ij Kalendarum Junii.

(Anno) M,CXVIII., obierunt Paschalis Papa et Matildis regina Anglie et Arnulfus patriarcha et Baldewinus rex Jerufalem.

(Anno) M,CXIX., obiit Gelafius Papa : et terra mota est quarto Kalendarum Octobris.

(Anno) M,CXX., Willelmus filius Henrici regis, et Ricardus frater ejus, et Ricardus comes de Ceftria, cum multis nobilibus, naufragio perierunt.

(Anno) M,CXXII., obiit Radulfus archiepiscopus Cantuarie.

(Anno) M,CXXIII., obierunt Johannes episcopus Batonie et Robertus episcopus Lincolnie.

(Anno) M,CXXIV., obiit bone memorie Alexander rex Scottorum, septimo Kalendarum Maii.

(Anno) M,CXXV., magna fames, et magnum Concilium : Obiit G. vicecomes.

(Anno) M,CXXVIII., cepit fundari ecclesia Sancte Crucis de Edenefburch.

(Anno) M,CXXIX., obiit Willelmus episcopus Wintonie, et Henricus consecratus est.

(Anno) M,CXXX., Anegus comes Muraiensis a Scottis interceptus est.

(Anno) M,CXXXIII., eclipsis facta est Nonis Augusti.

(Anno) M,CXXXV., obiit Henricus rex Anglie iv Nonarum Decembris; et Stephanus ei successit.

(Anno) M,CXXXVI., Willelmus Cantuariensis archiepiscopus tobii, et Richardus filius Gilleberti. Dedicatio Glascuensis ecclesie, Nonis Julii.

(Anno) M,CXXXVII., quinto decimo Kalendarum Decembris, fuit bellum inter Scotos et Anglos.

(Anno) M,CXXXVIII., episcopus Salisburie et episcopus Lincolnie et Cancellarius capti sunt a rege Stephano.

(Anno) M,CXL., Stephanus rex capitur Lincolnie a comite Gloucestrie et a ceteris qui sustentabant partem Imperatricis.

(Anno) M,CXLVII., obiit Johannes episcopus de Glasco. Iter Jerosolymis secundo predicatur.

(Anno) M,CL., dedicata est ecclesia de Dunfermelin. Alwinus abbas, a cura pastorali se sponte deposuit; et Osbertus eandem sus-

cepit. Obiit etiam ipse Ofbertus abbas eodem anno, xv Kalendarum Decembris.

(Anno) M,CLII., Willelmus abbas electus est. Obiit Matildis regina Anglie v Nonarum Maii. Obiit Henricus comes Northanhumbrorum filius Dauid regis Scotie ij Idus Junii. Afcalon a Christianis capta est.

(Anno) M,CLIII., obiit pie memorie Dauid rex Scottorum ix Kalendarum Junii, Dominica ante Afcenfionem Domini. Cui fuceffit in regnum Malcolm nepos ejus, etate quadraginta ij annorum, filius Henrici predicti comitis Northanhumbrie. Obiit Eugenius Papa; cui fuceffit Anaftafius. Et abbas B[ernardus] Clareualenfis et Eufthachius comes, filius Stephani regis Anglorum. Rad[er] quoque comes Ceftrie, et Simon comes Northamtonie. Henricus etiam archiepifcopus Eboracenfis. Stephanus rex Anglie, cum Henrico nobiliffimo comite Andegaue, pacem et fidem perpetuam in die fefto Sancti Leonardi abbatis iniit. Eo die, apud Scotiam, Sumerled et nepotes fui, filii fcilicet Malcolmi, affociatis fibi plurimis, infurrexerunt in regem Malcolm; et Scotiam in magna parte perturbantes inquietauerunt.

(Anno) M,CLIV., Willelmus archiepifcopus Eboracenfis, permitte piiffimo Papa Anaftafio, ad archiepifcopalem cathedram cum fummo honore reuerfus est; et intra feptem feptimanas defunctus est. Hugo etiam Rome confecratus, Dunelmensem epifcopatum

fufcepit. Maxima fames et peftilentia animalium apud Scotiam facta eft. Arturus, regem Malcolm proditurus, iij Martii duello periit. Obiit Gaufridus primus abbas de Dunfermelin; et nepos ejus Gaufridus in loco ejus fuceffit. Rogerus de Ponte epifcopi, in archiepifcopum Eboracenfem confecratus eft. Obiit Stephanus rex Anglie, octauo Kalendarum Nouembris: Et Henricus dux Normannie, xiv Kalendarum Januarii, regni diademate infignitur. Obiit Dunecan comes de Fif. Malcolm rex, dedit ecclefiam de Trauernent, canonicis de Cafello-puellarum. Chriftianus in epifcopum Galwalie, eodem die, quo et rex Anglie Henricus, ab archiepifcopo Rotomagenfi apud Bermundefeiam confecratus eft.

(Anno) M,CLV., obiit Anaftafius Papa; cui fuceffit Adrianus. Obiit Ailwinus, abbas primus ecclefie Sancte Crucis.

(Anno) M,CLVI., Dofnaldus filius Malcolm apud Witterne captus eft, et cum patre fuo incarceratus.

(Anno) M,CLVII., Malcolm Machet cum rege Scottorum pacificatus eft. Rex Anglie Henricus exercitum duxit in Walliam; et ibi, Euftachius filius Johannis cum pluribus aliis cecidit. Tandem Walenfes pacem cum rege fecerunt. Rex Scotie reddidit regi Anglie Northanhimbriam et Cumberlandiam; rex autem Anglie reddidit ei comitatum Untendunie. Fratres plures Templi Jerofolymorum in prelio corruerunt.

(Anno) M,CLVIII., obiit Gufridus frater H[enrici] regis Anglie.

(Anno) M,CLIX., Obiit bone memorie Robertus episcopus Sancti Andree. Rex Scotie Malcolm iuit cum rege Anglie Henrico ad Tolosam ; et ab eodem rege Henrico, gladio militie accinctus est, in Turonenfi. Obiit Willelmus comes Bolonie filius Stephani regis. Obiit Adrianus Papa ; cui successit Alexander, expulso Octauiano, qui in fedem Apostolicam profane aspirauit. Willelmus episcopus Murauenfis missus Romam a rege Malcolmo, a prefato Papa Alexandro cum summo honore susceptus, ad Scociam cum gratia et electione fedis Apostolice remissus est.

(Anno) M,CLX., rex Malcolmus duxit exercitum in Galwaiam ter ; et ibidem inimicis suis deuictis federatis, cum pace et sine damno suo remeauit. Fergus princeps Galwaie habitum canonicum in ecclesia Sancte Crucis de Ednesburch suscepit ; et eis uillam que dicitur Dunroden dedit. Ernardus abbas de Chelcou in episcopum Sancti Andree electus est ; et a Willelmo Murauienfi episcopo et Apostolice fedis Legato in ipsa ecclesia Sancti Andree [consecratus est] ; et Walterus in ejus locum surrexit. Johannes in abbatem de Chelcau electus est et ab Hereberto Glascuenfi episcopo benedictus.

(Anno) M,CLXI., obiit Teodbaldus Cantuariensis archiepiscopus. Obiit Fergus princeps Galwaie, quarto idus Maii.

(Anno) M,CLXII., Obiit Willelmus Murauienfis episcopus et Apostolice fedis legatus, nono Kalendarum Februarii. Thomas cancellarius regis Anglie, in archiepiscopum Cantuarie consecratus

est. Elda foror Malcolmi regis Scotie nupsit Florentio nobili comiti Hothlandie. Obiit Ifaac prior de Scona, et Robertus canonicus de Jedeuathe primus abbas in eadem ecclesia constitutus est. Obiit Ernaldus episcopus Sancti Andree et Apostolice sedis legatus, . . Idus Septembris.

(Anno) M,CLXIII., Henricus rex Anglie, pacatis transmarinis partibus,









